



**Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs  
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

Disp. XI. De constitutivo divinarum personarum,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

## DISPUTATIO DECIMA.

276

At quorum conversatio in celis est, in timore & tremore propriam optantur salutem, eò timidiiores quod latentes. Time ergo (inquit Bernardus) cum arriserit gratia; time, cum absenterit, time cùm denuo revertetur, & hoc est semper pavidum esse. Succedit autem vicissim sibi animo tres fieri timores, secundum quod gratia vel adesse dignatur, vel offensa recedere, seu iterum placata redire sentitur.

§. V.

*Cur Spiritus sanctus, sub figura lingua ignea, super Apostolorum capita descendit?*

**I**so PLures hujus apparitionis, seu figuræ, sancti Patres adducunt rationes.

Prima & præcipua est: Quia Spiritus sanctus venit, ut Christum clarificaret, & manifestaret hominibus, iuxta illud Joan. 16, Ille me clarificabit, quia de me accipies: interpres autem verbi in mente latenter, est lingua, quæ per sermonem ac loquaciam illud exterius prodit & manifestat: Ergo conveniens erat, ut Spiritus sanctus sub specie linguae Apostolis appareret. Hanc rationem insinuat D. Antonius de Padua serm. I. de Spiritu sancto: Lingua inquit, attulit, qui pro Verbo venit: cognationem enim habet lingua cum verbo, ut ab invicem nequeant separari.

Secunda ratio est Augustini serm. 187. de tempore, ubi docet, quod quia per confusionem linguarum, quæ contigit in adificatione turris Babel, dissipatus erat mundus, congruum erat illum in unitatem fidei & charitatis per Spiritum sanctum, sub forma linguae ignæ apparentem, reduci. Earum (inquit) linguarum diversitate, Ecclesia contulit unitatem; sicut quod discordia dissipaverat, colligeret charitas; & humani generis, tanquam unius corporis membra dispersa, ad unum caput Christum compaginata, redigeret, & in sancti corporis unitatem dilectionis igne confaret. Unde Spiritus sanctus scientiam vocis habere dicitur, iuxta illud Psalmista: Spiritus Domini replevit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocem. Scientia vocis est musica, quæ diversitatem vocum & tonorum suavi concordia temperat. Scientiam istam Spiritus sanctus habere dicitur, quia diversas gentes & populos, unius Evangelicæ veritatis concentu & concordia mitigat, ac in unitatem fidei congregat. Venit ergo Spiritus sanctus tanquam doctissimus veritatis præceptor. Nam sicut in musica, & harmonico choro, in quo variae resonant voces, & ad melodiam concinunt, quedam alterè modulata sublimius personant; aliquæ profundum musices gradum infimius tenent; aliae mediatur servant tenorem; nec vocum diversitas harmoniam confundit, sed mirè servat, & eleganter concinnat, imo ex vocum varietate concors discordia modulata conflatur: sic in Evangelicæ veritatis & doctrinæ concentu, (inquit Rupertus) licet variae sint Doctorum & Prædicatorum linguae, unius tamen debet esse sententia consensus: ideo licet sub variis & disperitis linguis Spiritus sanctus apparuerit, unicus tamen ignis lupus singulos.

**I**52 Tertia ratio insinuat à D. Gregorio hom. 30 in Evang. dicente: In linguis igneis apparet Spiritus, quia omnes quos repleverit, ardentes pariter & loquentes facit. Concionatois enim, & viri Apostolici lingua, ignea esse debet, ut divini amoris flamas in cordibus hominum accendant. Unde ibidem addit Gregorius: Lingua ignea. Doctores ha-

A bent, quia dum Deum amandum prædicanter, corda- dentium inflammant. Nam otiose est ferro Drænum, si præbere non valeat incendium amari. Et Doctor in mellifluus de sancto Andreæ loquens sic ait: Et abundantia cordis os loquuntur est. & chara aquæ fu- vebat in corde, quasi scinillas quasdam ardentes, mittebat in voce.

Nec mirum quod vitæ Apostolici ignitum de- beant habere eloquium, & linguam divinæ amo- ris signe flagrantem: sunt enim divini verbi di- spensores ac ministri, Dei autem Verbum, ne- dum lucidum est, ac splendidum, sed dignum & ardens, & divinum spirans ac inspirans ardo- rem: etenim Pater æternus Verbum spirans produc- non qualecumque, sed Verbum spirans amorem ut supra ex D. Thoma vidimus.

Denique Spiritus sanctus venit ut hominem interius reformater: & ideo ab Augustino, Iu- rius Redemptoris appellatur: hominis autem refor- matio debet a lingua incipiere, quæ (scilicet D. Je- cobo) est universitas iniquitatis. Omnia corporis nostri membra terviunt iniquitati, ut relatum Apostolus ad Rom. 7. atamen hoc meæ absurdum illi, alterum huic: et lingua omnibus. Est quippe armamentarium omnis generis sceleribus, in- pudicitia, quia ipsa est quæ loquitur, prodigio amoreis, furto, quia pauperem circumvenit, quidam suis verbis adulatoriis palliando uictus vindicta, furoris, superbie, &c. Hinc bellus Chy- sologus de lingua divitis Epolonis facit: Lingua plus ardet, quæ misericordia ut ficeri jubet; in lingua iniqui sentit incendum, quæ maledixit pauperi, misericordiam contrahit. Lingua in tormento prima est, quæ derogando pauperi, pauperia blasphematu- them.

Totus mundus positus est in maligno, sic (ut interpretatur Angelicus Doctor) in malig- ni, led præ cæteris corporis humani membris, lingua malo igne inflammatur. Unde à D. Ju- bo rotaginta & inflammata appellatur. Ut ergo præcipuum hoc corporis membrum & organum expiareretur, oportebat illud sacro Spiritu sancti igne purificari: & ideo convenienti- mente in figura linguae ignea spiritus sanctus ap- paruit.

D

DISPUTATIO XI.

DE CONSTITUTIVO DIVI-  
NARUM PERSONARUM.

Ad questionem 40. D. Thome.

P

Ostquam D. Thomas personas divinas tam in communione, quam in particulari, solute consideravit, illas denique comparat ad alia quæ connotant. Et primo ad ellen- am quam includunt, quæstione trigesimali- E secundò ad relationes quibus constituantur, quæstione quadragesima: tertio ad actus nobis- nales quos elicunt, vel terminant, quæstio- quadragesima prima: quartò ad invicem illar- confert, quæstione quadragesima secunda: & tandem comparat illas ad creaturas, ad quis miruntur, quæst. 43.

De his omnibus divinarum personarum com- parationibus nos agemus in præsentis: quia que concernunt comparationem ipsatum ad effe- ciuntur.

iam, & ad actus notionales, in secunda & tertia A  
disputatione sufficierter explicata sunt. Unde  
solidum nobis restat hic differendum de aliis tri-  
bus comparationibus, circa quas occurunt tres  
celebres questiones. Prima est de constitutivo  
divinatum personarum. Secunda de illarum ex-  
quisitatem & similitudinem. Tertia de illarum mis-  
sione, & in anima justi habitatione. De prima in-  
haec disputatione dicemus, de aliis in sequentibus;  
& secundum Tractatum de Trinitate absolvemus

## ARTICULUS I.

*An in personis divinis admittenda sunt pro-  
prietates, quibus constituuntur & di-  
stinguantur?*

Partem negativam tenuit olim Propositivus,  
relatus à D. Thoma h̄c art. 1. & suprà quæst.  
q. 2, quem secutus est Gregorius de Arimi-  
no i. dist. 26. & 27. quæst. 1. art. 2. ubi docet  
personas divinas constitui & distinguere seip̄s,  
non verò per alias proprietates. Cæteri ta-  
men Theologi hanc sententiam rejiciunt, & va-  
nissimam censuris: quidam hæreticam, alii er-  
roneam, alii errori proximam, alii temerariam  
spellant. A quibus censuris abstinentio, & S.  
Doctoris modestiam imitando, sit

## §. I.

*Conclusio affirmativa statuitur.*

**D**ico igitur: Dari in personis divinis proprie-  
tates alias reales, quibus constituuntur,  
& inter se distinguuntur.

Ita colligitur ex variis Conciliis, præsertim ex  
Lateranensi cap. firmiter, ubi dicitur: *Sanctissima  
Trinitas secundum communem essentiam est indivisa, se-  
cundum vero personales proprietates discreta.* Item in  
Concilio Florentino fess. i. assertur *personas divi-  
nas per se proprietas differre.* Et fess. 18. Joannes  
Theologus Latinus sic ait: *Persona ex substantia  
primumque subsistit.* Idem habetur in Epistola  
Sophronij, a lexa Synodo generali approbata.  
Denique Ecclesia in præfatione Missæ Festi SS.  
Trinitatis cantat: *Vt in personis proprietas, in essentia  
unita, & in maiestate adoretur equalitas.*

Nec valer si dicascum Præpositivo, abstra-  
ctum in his locis accipi pro concreto, id est, pro-  
prietate pro persona, sicut cum dicitur: *Rogo  
magistrum vestram; autem cum Gregorio, locutiones  
Conciliorum esse intratativas, atque adeò non  
esse sensum, quod persona constituatur pro-  
prietatibus tanquam formis, sed quod consti-  
tuatur seip̄s, utpote quæ sunt ipsæ proprie-  
tates.* Non valer, inquam, haec responsio: ex illa e-  
nim sequitur, modum loquendi Ecclesia & Con-  
ciliorum esse proutus ineptum ac nugatorium.  
Nam quando proprietates dicuntur esse in per-  
sonis, adorari in personis, & distinguere perso-  
nas, idem est ac si diceretur, quod personæ sunt  
in personis, & adorantur in personis, & distin-  
guantur personis: quod est nugatoria repetitio,  
& dogmæ intolerabilis.

Probarum insuper conclusio ratione funda-  
mentalæ. Quæ non differunt se totis, sed aliquo  
sui, habent aliquid sibi proprium & peculiare,  
quo constituuntur & distinguuntur; Sed perso-

nae divinae non differunt se totis, sed aliquo sui.  
Ergo in illis dantur proprietates quibus consti-  
tuuntur ac distinguuntur. Major patet, Minor  
probatur primò. Si persona divina se totis dif-  
ferent, distinguenter per essentiam, & conse-  
quenter in essentia: Sed hoc non potest dici, cùm  
secundum fidem essentia & natura sit eadem  
realiter in tribus personis divinis: Ergo persona  
divina se totis non differunt.

Secundò probatur eadem Minor, destruendo  
principium Adversariorum fundamentum. Si

ob aliquam rationem personæ divinae non di-  
stinguenter nec constituerentur aliquo sui, sed  
se totis different, maximè quia in illis proprie-  
tates relativa & essentia sunt realiter & formaliter

idem: Sed hæc ratio nulla est: Ergo non se totis,  
sed aliquo sui distinguuntur & constitueruntur.

Major continet principium Adversariorum  
motivum, Minor autem probatur. Ut persona

divina non se tota, sed aliquo sui constitutatur &  
distinguatur, sufficit distinctione virtualis & ratio-  
nis ratiocinata inter prædicata in persona re-  
perta: Sed hæc distinctione inter illa prædicata in-  
venitur: Ergo non obstat realis formalis prædi-  
catorum identitas, ut persona divina non se to-  
ta, sed aliquo sui constitutatur & distinguatur.

D. p. 3.  
art. 3.

Minor in Tractatu de attributis, contra Grego-  
rium & alios Nominales demonstrata fuit, Ma-  
jor autem sic ostenditur, Illa distinctione sufficit: ut  
de una & eadem entitate verificantur prædica-  
ta contradictoria, ut in disp. 3. ostensum est: Er-  
go pariter sufficit, ut uno prædicato, & non alio,  
constitutatur & distinguatur.

Secundò, Distinctio virtualis, quæ inter intel-  
lectum divinum & voluntatem versatur, sufficit  
ad verificantur, quod Deus per intellectum &  
non per voluntatem intelligat: & è contra quod  
voluntate & non intellectu formaliter amerit:  
sufficit etiam ad salvandum, quod Verbum pro-  
cedat per intellectum, & non per voluntatem;  
& Spiritus Sanctus per voluntatem, & non per  
intellectum: Ergo eadem distinctione sufficit, ut  
persona divina uno & non altero prædicato  
constitutatur & distinguatur.

Confirmatur: Non major distinctione requiri-  
tur, ad hoc ut Pater paternitatem & non essentiam  
distinguatur & constitutatur, quam ut verificantur  
essentiam Patris communicari & convenire  
Filio, & non communicari Filio, nec illi conve-  
nire paternitatem: Sed hoc secundum esse ve-  
rum, non obstante identitate reali formalis es-  
sentiae & paternitatis, disp. 3. ostensum est: Ergo  
etiam primum salvabitur, hac identitate non  
obstante.

## §. II.

*Solvuntur obieciones.*

**O**bijecies primò cum Gregorio: Idem non  
potest constitutere seip̄s: Sed quidquid  
est in personis divinis, realiter cum illis identifi-  
catur. Ergo nulla potest dati proprietas in per-  
sonis divinis, per quam constituantur & distin-  
guantur, sed seip̄s immediate constitui ac di-  
stingui debent.

Respondeo distinguendo Majorem: Idem  
omni modo identitatis, concedo Majorem. Idem  
cum distinctione virtuali & rationis ratiocina-  
tive, nego Majorem; & sub eadem distinctione  
Minoris, nego Consequentiam. Duplex enim  
datur rerum constitutio, una compositionis,

Man. 3.

alia

## DISPV TATIO VNDECIMA

275

alia simplicatis: exemplum primæ habemus in homine, qui physicè constituitur ex corpore & anima, & metaphysicè ex genere & differentia: exemplum secundæ in ente, quod sub ratione veri, boni, ac unius, per suas proprietates, & modos ab eo realiter indistinctos, constituitur. Ad primam constitutionem requiritur distinctio realis, vel rationis, quæ sit per modum exclusivitatis & exclusi: ad aliam vero sufficit distinctio virtualis, seu rationis ratiocinata, per modum expliciti & impliciti, sive includentis & inclusi. Unde cum hoc secundo modo paternitas à Pater distinguitur (Pater enim explicitè & constitutivè importat naturam divinam, quam paternitas implicitè solùm & per realem transcendentiam includit) Pater per paternitatem in ratione personæ constituitur.

9 Dices cum Gregorio: Paternitas non est magis simplex, quam Pater: Sed paternitas, quia simplex est, nullo à te distincto constituitur: Ergo nec Pater.

Respondeo concessa Majori, negando causalem Minoris: Paternitas enim non idè non constituitur aliquo ab ipsa distincto, quia simplex est; sed quia in abstracto & per modum forma significatur, nec constat formalitatibus virtualiter distinctis: unde cum Pater per modum totius & concreti significetur, & constet ex natura & paternitate, quia virtualiter distinguuntur; per aliquid à te virtualiter distinctum, nempe per paternitatem, constituitur.

10 Objicies secundò: Constitutum dependet & caufatur à constitutive: Sed Pater in divinis à nullo potest dependere vel causari: Ergo nec constitui.

Respondeo distinguendo Majorem: Dependet & caufatur, dependentia & causalitate reali formalis, aut reali virtuali, concedo Majeorem: dependentia reali formalis, semper, nego Majeorem. Similiter distinguo Minorem: Pater à nullo potest dependere vel causari, dependentia & causalitate reali formalis, concedo Minorem: reali virtuali, nego Minorem, & Consequentiā.

11 Explicatur: De ratione Dei solùm est à nullo dependere per dependentiam realem formalē: quod autem à nullo dependeat dependentia reali virtuali, nec formalis per rationem, solū est de conceputa natura divina, prout ab attributis distinctæ: cum enim illa sit prima perfectio, quæ cum fundamento in te concipitur intra Deum, nec realiter formaliter, nec realiter virtualiter, nec formaliter per rationem potest aliam perfectionem supponere; & consequenter non potest ullo ex his modis causari. Aliæ autem perfectiones, sicut illam virtualiter supponunt, & virtualiter ab illa diminant, ita virtualiter caufantur; nisi forte fiat vis in verbo dependere vel causari, quod videatur denotare imperfectionem; hæc tamen imperfectione omnino tollitur, addito ly virtualiter, aut formaliter per rationem; unde cum his additamentis bene potest concedi, attributa dependere & causari à natura divina, & Patrem à paternitate seu personalitate per quam constituitur.

12 Quæruh̄t h̄c aliqui, an constitutio divinarum personarum realis vel rationis dici debeat?

Respondeo illas non debere dici realem formaliter, sed tantum virtualiter. Ratio est, quia ad realem constitutionem, præter realitatem constituentis, requiritur distinctio realis illius à constituto: Sed quamvis proprietates

A constituentes divinas personas sint reales, non sunt tamen ab illis distinctæ, distinctione reali virtuali, & formalis per rationem: Ergo constitutio divinarum personarum non est realis formalis, sed realis virtualis, & formalis per rationem; sciat divina natura non est radix attributorum realiter formaliter, sed tantum realiter virtualiter, & formaliter per rationem.

### ARTICULUS II.

*An persona divine constituantur & distinguuntur proprietatibus absolute, vel relativis?*

Quidam antiqui Theologi olim existimabantur personas divinas proprietatibus absolute, sconstituitur ac distinguuntur. Pro qua lenientia referuntur Joannes de Ripis, Lichetus, & Lincolnensis; etiamque probabilem reputat Scotus, dist. 26. quæst. unicā; cui adhæsit Theodorus Smising dīp. 2. quæst. i. num. 16. Hæc tamen opinio tanquam heretica, aut eronea, vel admissus temeraria rejicitur ab aliis Theologis quam tanquam fidei Catholicae dogma, personas divinas relativis proprietatibus constituti & distinguuntur, unanimi tñc consensu profissentur,

C S. I.

Vera sententia statuitur.

D Ico igitur; Personæ divinae non distinguuntur, nec constituantur proprietatibus absolute, sed relativis.

Probatur primò conclusio ex illis verbis quæ habentur Matth. ultimo: Baptizant eos in nomine Patriæ, & Filii, & Spiritus Sancti. Et i. Io. adiuncto: Tres sunt quæ testimoniū dant in celo, Pater, Yacob, & Spiritus Sanctus. Ex quibus locis sic arguitur: Proprietates explicatae nominibus relativis, sunt relativæ; Sed nomina quibus in Scriptura explicantur proprietates personales, & personæ constitutæ, sunt relativæ: Ergo proprietates personales, in Scriptura explicatae, relativæ sunt, & non absoluuntur.

Probatur secundò ex Concilio Florentino, sess. 18. ubi Joannes Theologus Latinus sic ait: Persona ex substantia, proprietatibus que subsistunt. Ibi proprietatis nomine relationes intelliguntur ex illis verbis ibidem subjunctione: Ipse substantia cum persona communicat, proprietates vero nequaquam communicabiles sunt; quod quidem ex relatione videtur evenire: Ergo personæ divinae relationibus constituuntur: nam divinam personam ex substantia, proprietatibusque subsistere, idem est, substantia, & proprietate constituuntur.

Quod amplius urgetur ex aliis verbis Beatriponis Patriarchæ, in oratione pro unione cap. 6. ubi præmisæ identitate reali relationis & originis, sic ait: Idem utroque quidem modo distinguuntur divina persona; prius tamen & principaliter, secundum modum intelligendi, per relationes, per quæ item constituantur personæ divinae. Quo nihil clarius & expressius pro nostra conclusione dici potest. Et licet verba prædicta non sint definitio expressa Concilii: quia tamen tacite fuerunt ab illo approbata, magnâq; habent autoritatem, ita ut absque ingenio audacia & temeritate illius pugnare non licet.

**A** Tertio suadeatur conclusio ratione fundamentali. Quod est unicum personæ divinæ distinctivum, debet esse illius constitutivum: Sed sola relatio personas divinas distinguit: Ergo ille las constituit. Major pater ex communi doctrina Philosophorum, qui docent unumquodque distinguunt ab aliis per id per quod in suo esse constituitur (v.g. quia homo per rationalitatem in esse hominis constituitur, per illam à ceteris rebus distinguitur) & per consequens idem esse distinctivum & constitutivum in rebus. Minor autem disputatione praecedenti multis Conciliorum & SS. Patrum testimoniis, ac rationibus demonstrata fuit, & potest adhuc breviter suadere. Divina infinitas petit, ut quævis divina per se distinguitur. Sola realitas sibi realiter identificet ostendit, cum quo non opponitur relativè, ut patet discurrendo per omnes: sed enim misericordia & justitia, voluntas & intellectus, natura & attributa, potentia & ejus operatio, non distinguuntur realiter in Deo, quia non referuntur realiter: item relatio divina non distinet realiter ab essentia, quia ad illam non referuntur: Spiratio etiam activa à paternitate & filiatione realiter non distinguitur, quia licet spiratio Pater & Filius ad Spiritum Sanctum referat, non tamen ad paternitatem, nec ad filiationem referatur: Ergo sola relativa oppositio realem posset in Deo inducere distinctionem; & consequenter sola relatio potest distinguere realiter personas divinas.

Confirmatur: Ab eo solùm oritur distinctione in personis divinis, à quo oritur incomunicabilitas: Sed incomunicabilitas à sola relatione provenit, cum omnes formalitates & perfectiones absolutæ, tribus personis communis sint: Ergo & personalis distinctione.

## §. II.

## Adversariorum argumenta solvantur.

**D** Objecies primò: Persona divina constituitur per substantiam: Sed substantia in Deo est quid absolutum: Ergo persona in Divinis per proprietatem absolutam constituitur. Major pater, Minor verò probatur primo ex Augustinob. de Trinit. cap. 4. dicente: *Omnis res ad seipsum subsistit, quantum magis Deus.* Sed quod est ad seipsum, & non ad aliud, absolutum est: Ergo substantia in Deo est quid absolutum. Secundo probatur eadem Minor ex Divo Thoma qu. 9. de potent. art. 1. ad 13. ubi docet personas divinas habere ab essentia quid substantiam: Sed quod personæ divinis convenient ratione essentia, absolutum est: Ergo idem quod prius. Probatur tertio: Substantia ex proprio conceptu explicat perfectionem: Sed relatio in Deo perfectio non explicat, ut disp. 3. docuimus: Ergo substantia in Deo non in relatione, sed in aliquo absoluto consistit.

**E** Respondeo distinguendo Majorem: Persona constituitur per substantiam ut di' t' perfectam independentiam ab alio ut sub. ente, nego Majorem; ut dicit perfectam excludentem communicabilitatem alteri tanquam supposito, concedo Majorem. Similiter distinguo Minorem: Substantia in Deo est quid absolutum, sumpta pro perfectae independentia, concedo Minorem: sumpta pro perfectate incomunicabilitatis, nego Minorem. Ad cuius primam & secundam probationem, dicendum est, D. Au-

gustinum, & S. Thomam, locis allegatis, loqui de substantia in prima, non verò in secunda acceptione. Ad tertiam probationem eodem modo respondentem est, distinguendo Majorem, eamque concedendo de substantia, ut dicit perfectam independentiam, & negando de substantia, ut dicente perfectam incomunicabilitatis, ut supra fuse expendimus.

Objecies secundò: Persona est idem quod suppositum rationalis naturæ, ut docet Divus Thomas suprà quest. 29. art. 2. Sed in Deo suppositum constituit per aliquid absolutum: Ergo & persona. Minor probatur: Illud absolutum est, quod Deo convenit pro priori ad relationes: Sed suppositum pro priori ad relationes Deo convenit: Ergo absolutum est. Major patet, Minor probatur, Actiones sunt suppositorum, ut ex Aristotele communiter docent Philosophi: Sed velle, intelligere, & creare, conveniunt Deo, pro priori ad omnem relationem, cum sunt actiones toti Trinitati communes: Ergo pro priori ad omnem relationem intelligitur ratio suppositi in Deo.

Respondeo concessa Majori, negando Minor. Ad probationem verò illius dicendum est, quod quando Philosophi docent actiones esse suppositorum, accipiunt suppositum pro re substantie, sive communicabili, sive incomunicabili sit; ut constat in anima rationali, quæ separata à corpore operatur ut quod, eliciendo intellectionem & volitionem, cum tamen sit communicabilis corpori. Ut ergo aliquid operetur ut quod, sufficit ut sit substantia, licet non sit suppositum; ac proinde ex eo quod Deus, ut præintellexit relationibus, intelligat, velit, creat, &c. non sequitur esse suppositum, sed tantum esse substantem substantię absolute, ut loco supra citato ostendimus.

Objecies tertio: Si relatio constitueret personam divinam, an retur essentia, ut ex illa & essentia resultaret persona: Sed non potest relatio essentia divinæ uniri; alias illam constitueret relationem, cum omnis forma subiecto unita præbeat illi suum effectum formalem; formalis autem effectus relationis sit referendi: Ergo relatio in Divinis nequit constituere personam.

Respondeo concessa Majori (intellexit de unione virtuali, & per rationem) negando Minorem, quam non convincit probatio: nam forma unita subiecto non præbet illi omnem quæ continet effectum, sed duntaxat illum cuius subiectum est capax: cum autem divina essentia capax quidem sit, ut per relationem constituantur terminata, non tamen ut per illam constituantur relata; quia ad hoc requireretur, quod distinguatur realiter à termino ad quem referretur, E essentia autem divina à nulla ex divinis personis reali distinctione distinguitur; id est relatio primum illi præstat; non verò secundum.

Objecies quartò: Persona divina est aliquid per se unum: Sed ex relatione & essentia non potest unum per se resultare, ut pater in rebus creatis, in quibus ex subiecto & relatione resultat unum tantum per accidens: Ergo persona divina non constituitur ex essentia & relatione.

Respondeo concessa Majori, negando Minorem. Triplic enim inter relationes divinas & creatas reperitur notabile discrimen: nam relationes in Deo pertinent ad lineam substantiarum, realiter identificantur cum essentia, & existentia illius existunt, ut disp. 3. ostendimus: è contra

tra verò relationes creatæ accidentales sunt, & à substantia seu subje<sup>c</sup>to cui insunt realiter distinctæ, juxta probabilitatem sententiam; nec ad esse illius trahuntur, sed habent existentiam sibi propriam, distinctam ab existentia substantiæ. quare licet ex relatione creatæ & substantia unum per se resultare non possit, bene tamen ex relatione divina, & essentia.

## ARTICULUS III.

Quomodo persona Patris per relationem constitui, & ab aliis distinguiri possit?

§. I.

Ratio dubitandi proponitur, & variis dicendi modis referuntur, ac resiliuntur.

**25** Ratio dubitandi, eaque gravissima, est, quia Pater pro priori ad generationem supponitur constitutus in esse personæ, cùm persona prius sit quam operetur: Sed paternitas non convenit Patri, pro priori ad generationem, sed subsequitur ad illam; ut enim docet Philosophus s. Metaph. text 2. generatio est paternitatis fundatum: Ergo per paternitatem non constituit in ratione personæ.

Confirmatur, & urgeatur magis hæc ratio. Quod subsequitur ad aliquid, non constitutus, sed supponens personam, non potest ipsum constituere in ratione personæ: Atqui paternitas subsequitur ad generationem, cum fundetur supra illam; generatio autem non constituit, sed supponit constitutam personam Patris, quippe cùm rei constitutio ad actionem supponatur: Ergo paternitas non constituit, sed supponit constitutum Patrem in ratione personæ.

**26** Hoc argumentum Theologorum ingenia diu exercuit, & illos in diversa placita, varioisque dicendi modis abire coegerit. In primis enim Vazquez disp. 159, cap. 5. & sequentibus, difficultatis pondere opprimit, illi que succumbens, fatur hoc argumentum convincere, Patrem non constitui in ratione personæ per paternitatem: unde ibidem docet, formam constitutivam illius esse innascibilitatem, & ratione fontalis principii.

**27** Sed hæc responsio & doctrina ceteris Theologis displaceat, & apertissime contrariatur D. Thomæ 1. ad Annibaldum dist. 27. qu. 1. art. 3. ad 2. ubi aut quod ratio ingenii præsupponit paternitatem. Et h[ic] art. 3. ad 3. docet quod innascibilitas non constituit, nec distinguit personam Patris: Hoc enim, inquit, esse non potest, cùm ingenium nihil ponat, sed negat[ur] è dicatur.

**28** Respondebat Vazquez. Quod licet innascibilitas negatione explicetur, non tamen in negatione, sed in positivo consistit.

Sed contra: Vel illud positivum est aliquid abolutum, vel respectivum; Si primum dicatur, sequitur personam Patris per aliquid abolutum constitui, quod negat Vazquez. Si secundum, erit ipsa relatio paternitatis: in Patre enim non est alia relatio quam paternitas, vel spiratio.

**29** Respondebat Vazquez, illud positivum esse relationem, non realem, sed rationis: cùm enim, inquit, constitutio divinarum personarum non realis, sed rationis sit, per relationem rationis fieri potest.

Hæc tamen responsio facile potest confutari.

A Nam licet constitutio persona divina non sit realis sed rationis, ex deft[er]tu distinctionis realis inter constituentia inter se, & inter constituentia & constitutum, constitutum tam[en] realis est: sicut constitutio hominis per rationale, non est realis, sed rationis, & tamen constitutum est realis: Ergo quamvis constituentia solum distinguantur ratione, debent tamen esse realia, nam constitutum realis nequit per aliquid rationis constitui.

Secundus dicendi modus est Alarcon dicti puli Vazquis, qui cum illo fatetur, rationem formalem constitutivam Patris non esse paternitatem, sed relationem fontalis seu radicalis principii: vult tamen relationem illam non esse rationis, sed realis, non quidem prædicamentalem (ne plusquam quatuor relationes prædicamentales in Deo cogatur admittere) sed transcedentalem.

Venit hæc sententia, seu potius modus explicandi sententia Vazquis, est omnia improbabilis. Nam ex eo probant Theologi, personas divinas relationibus constituti, & non modis absolutis; quia juxta commune axioma, *In Divina omnia sunt idem, ubi relationis oppositione obstat*: Atqui hoc axioma nequit intelligi de oppositione relativa transcedentali, sed tantum de prædicamentali: Ergo vel asservendum est illud argumentum esse inefficax (quo admissio, rorū turbare illius sententia evanescit) vel dicendum, nullam personam relatione transcedentali constui. Minor, in qua solum sita est difficultas, ostenditur primo. Axioma illud semper intellexit est de oppositione relativa prædicamento relationis propria: Sed sola oppositione relativa prædicamentalis, propria est prædicamento relationis; transcedentalis autem alijs prædicamentis convenient, sicut & ipsa relatio transcedentalis per omnium entium genera divagatur: Ergo non potest intelligi de oppositione relativa transcedentali, sed solum de prædicamento.

Secundum, Illa quæ in creatis opponuntur relativè solum transcedentaliter, translata in Deum non retinet realis oppositionem, ut essent in actione & principio, potentia et objecto, natura et proprietatibus: hæc enim in creatis opponuntur relativè transcedentaliter, quia actio ad principium transcedentaliter referuntur, et leviter potentia ad objectum, et proprietates ad naturam à qua diminant; et tamen quia non constituantur per respectum prædicamentalem, actio et principium in Deo, non opponuntur realiter transcedentaliter, nec potentia cum objecto, nec proprietates cum natura divina: Ergo idem quod prius.

Tertio, Axioma illud ab omnibus intelligitur de relativa oppositione, proveniente à relazione quæ vere et proprie relatio est: At relatio transcedentalis non est vere et proprie relatio, sed aliquid absolu[um]: Ergo non intelligitur de oppositione relativa transcedentali, sed de prædicamentali.

Ex quo ulterius modus ille dicendi Alarcon impugnari potest: ex illo enim sequitur persona Patris per aliquid abolutum constitui: quod ille non admittit, et repugnat communis Theologorum sententia. Sequela pater: relatio enim transcedentalis non est vera et propria relatio, sed aliquid absolu[um] ab aliquo extinso depensis, et illud connotans; ut communiter docent Philosophi, et pater in potentis et habitibus,

que per transcendentali ordinem ad objectum confituntur, & tamen sunt accidentia absoluta, & non relativa: Ergo si persona Patris relatione transcendentali constitutatur, sequitur illam non per relationem, sed per aliquid absolum confitui.

Hinc confutata manet aliquorum sententia, qui docent paternitatem in Divinis esse relationem solidam transcendentalem, & ideo illam non supponere generationem; nec in fundari, sicut paternitatem creatam, quia relatio praedicalis est. Si enim divina paternitas esset relationem solidam transcendentalis, non esset vera & propria relatio, sed quid absolum; & ita Pater per aliquid absolum in ratione personæ constituitur: Consequens est falsum, ut supra ostendimus. Ergo paternitas divina non est, nec dici debet relatio transcendentalis, sed praedicalis.

B

B. Ita, inquam, sive dicitur praedicalis,

non quod sit in praedicamento relationis, sed quia est in illo, si non esset aetus purus, vel quia cum relatione creata praedicali convenit in respiciendo terminum ut parum terminum; licet enim respiciat Filium ut productum, quia unae calis productio est sine causalitate & dependencia, non obstat quin illum ut terminum parum respiciat. Unde inter relationes divinas & creatas notabile intercedit discrimen: nam in creatis non datur productio sine dependentia; & ideo si relatio creata respiceret terminum ut productum, illum ut à se dependentem, & per consequens, non ut parum terminum respiceret;

C in Divinis vero productio absque de pendencia inventur, ex quo fit, quod paternitas divina Filium ut parum terminum respiciat, quamvis ad illum ut a Patre productum terminetur.

Quatus modus dicendi est nostri Herrerae, in manuscriptis ad istam questionem, ubi docet quod licet paternitas creata supponat generationem, quia accidentis est, non tamen divina, quia est substantialis & subsistens, unde ista prioriad generationem in Patre intelligi potest, etiam sub conceptu & munere referendi. Vide-

D ome que hoc do erina habere fundatum in D. Thomam hic art. 2. ad 4. docet, quod relatio praeponit distinctionem suppositorum, quando est accidentis.

Si vero subsistens sit, non supponit, led secum desert suppositorum distinctionem, & in dist. 27, quæst. 1. art. 2. sic agit: *Ipsa relatione potest dupl. considerari, vel in quantum est relatio substantiva, & ex hoc non habet quod præcedat operationem, vel in quantum est opera personalis, & sic sunt simul secundum intellectum, & idem. Quibus verbis latius videatur innovere, quod paternitas divina, quamvis ex conceptu relationis ut sic operationem sequatur, quia tamen divina, substantialis, & subsistens sit, etiam sub expresso relationis conceptu, generationi præsupponitur.*

E Sed nec placet modus iste dicendi: licet enim ex eo quod paternitas divina non sit accidentis, sed substantia, habeat quod non supponat generationem accidentalem, sicut paternitas creata, vel ad summum quod sub conceptu substantialis & formæ hypostatica ad generationem præintelligatur, non tamen quod generationem substantialem non præsupponat, & ad illam, sub conceptu & munere referendi, non sublequatur. Suppono ex D. Thomam hic art. 4. in corp. distin-

A qui in paternitate rationem relationis, & rationem formæ hypostatica, & sub priori confidatione generationem supponere, ac super illam fundari, sub alia vero generationem præcedere, & personam constituere. Quod etiam docuerat S. Doctor supra quæst. 29. art. 4. ad 1. quæst. 9. de potentia art. 4. & quæst. 10. art. 3. Nec contrarium docet locis in favorem Herrerae adductis, sed solùm statuit discrimen inter paternitatem creatam & divinam, consistens in hoc, quod creata sub omni conceptu generationem supponat, divina vero sub uno conceptu supponat generationem, & sub alio illam præcedat, ut infra explicabimus.

Addo, quod ex illa sententia sequitur, dato 37 per impossibile, quod prima persona Trinitatis non generaret secundam, fore nihilominus Patrem. Sed hoc absurdum est, eo quod implicit concipi partem non gerantem filium, cum pater sit filii pater. Ergo, &c. Sequela probatur: Nam juxta hunc modum dicendi, paternitas divina non fundatur in generatione, nec illam supponit sub aliquo sui conceptu, sed ad illam adæquatè præsupponitur: Atqui prius, inquantum prius, non dependet à posteriori, manetque, illo per impossibile ablato; sicut per impossibile voluntate ablata, intellectus remaneret, quia intellectus voluntatem præcedit: Ergo ex illa sententia sequitur, filio per impossibile ablato, vel à prima persona non genito, adhuc remansurum Patrem nedum in esse personæ, sed etiam in esse Patris.

Confirmatur & magis urgetur hæc ratio. Quia 38 absoleta in Deo sunt priora notionalibus & proprietatibus relativis, ideo istis per impossibile ablatis, adhuc absoleta remanerent; Ergo si paternitas adæquatè sumpta, est prior generatione filii, bac per impossibile ablata, paternitas divina, & pater in esse Patris remaneret.

Confirmatur amplius: Id dicitur remansurum alio per impossibile ablato, quod hoc non intellectus intelligitur: Sed eo ipso quod paternitas, sumpta adæquatè, præcedat generationem Filii, intellectus paternitas, non intellectus generatione: Ergo eo ipso concedendum est mansuram paternitatem, ablata per impossibile generatione.

Deniq; alii docent paternitatem, ut est subsi- 40 stens subsistentia absoluta essentia, constituere personam Patris, & prout sic non sequi, sed antecedere generationem; sub conceptu vero explicito & differentiali relationis, supra generationem fundari, & Patrem in esse personæ constitutum supponere. Pro qua sententia referuntur Durandus, Capreolus, & Ferrarensis. Sed illa, cuiuscunq; Authoris sit, confutata manet ex dictis supra disp. 5. ubi ostendimus personas divinas non posse constitui in ratione personæ per subsistentiam absolutam, sed solùm per relationem, quæ sola potest fundare, seu præstare incommunicabilitatem, & distinctionem in personis divinis.

## §. II.

### Vera solutio propositæ difficultati.

H Is ergo modis dicendi relictis, vera propo- 41 sita difficultatis solutio continetur ex D. Thoma hic art. 4. & aliis locis supra citatis, ubi docet, quod paternitas divina dupliciter considerari potest, per modum scilicet relationis, & per modum formæ hypostatica: primo modo sumpta su-

Nn

## DISPV TATIO VNDECIMA

282

**A** suprà generationem fundatur, & Patrem in ratione personæ constitutum supponit: secundo autem modo ad generationem supponitur, & Patrem in esse personæ constitutum. Juxta quam doctrinam, ad rationem dubitandi initio propositam responderur, concessâ Majori, distinguendo Minorem. Paternitas non convenit Patri, pro priori ad generationem, sed subsequitur ad illam: paternitas, ut est relatio, concedo Minorere prout est forma hypostatica, nego Minorem. & Consequuntiam, vel distinguo. Consequens, distinctione Minoris. Similiter ad confirmationem, concessâ etiam Majori, distinguo Minorem: Paternitas ut est relatio, seu ut exercens munus referendi, sequitur ad generationem, & supra illam fundatur, concedo Minorem: ut forma hypostatica, & ut gerens munus subsistente, nego Minorem, & distinguo Consequens eadem distinctione. Soluto est D. Thomæ hic art. 4. dicentis: *Proprietas personalis Patri potest considerari dupliciter: uno modo ut est relatio, & si secundum intellectum presupponit actum notionalem, quia relatio, in quantum hujusmodi, fundatur super actum: alio modo secundum quod est constitutiva personæ, & sic operet quod præintelligatur actioni notionali; sicut persona agens præintelligitur actioni.*

**B** Eandem doctrinam & solutionem sub aliis terminis tradit Capitulo in 1. dist. 25. quæst. 1. ubi docet, quod relatio in Divinis consideratur dupliciter, scilicet ut forma individualis, & quatenus est relatio; & sub prima ratione dicit dare incommunicabilitatem, & personas constituentes, sub secunda verò personam constitutam, originemque supponere. Similiter Cajetanus hic art. 4. ait paternitatem in Divinis posse significati dupliciter, scilicet ut conceptam, & ut exercitam; & primo modo antecedere generationem, & patris personâ constituere, ac exercere munus hypostaticæ formæ; secundo verò generatione subsequi, & in illa fundari, ac exercitum formæ relativæ, ipsumque auctum referendi habere.

§. III.

Solvuntur obiecções.

**C** Ontra hanc respondemus & doctrinam ex D. Thomæ desumptam, in qua tota hujus difficultissima questionis solutio consistit, plura nec levia objici possunt argumenta. In primis enim ex illa videtur sequi, quod in Divinis pro priori ad generationem Filius intelligatur: Sed hoc absurdum est: Ergo &c. Sequela probatur: Pater non potest concepi, nisi intelligatur Filius, quia relativa sunt simul cognitione: Ergo si in Divinis Pater pro priori ad generationem intelligatur constitutus per paternitatem, Filius etiā antecedenter ad actum generandi intelligetur.

**D** Respondeo negando sequelam: quia Pater antecedenter ad actum generandi non constituitur per paternitatem, secundum munus referendi ad terminum (sub qua ratione est simul cognitione cum Filio) sed sub munere subsistendi incommunicabiliter; quo pacto non concipiatur in ordine ad Filium, nec intelligitur esse simul cognitione cum illo.

**E** Instabitis: Non potest relatio concepi, nisi intelligatur secundum suam essentiam, & rationem differentialem, quia à ceteris entibus differt: Sed propria essentia relationis est ad aliud se habere, seu respicere terminum, & per hoc à ceteris praedicamentis differt: Ergo non potest pro aliquo priori intelligi, nisi concipiatur secundum munus referendi ad terminum.

Confirmatur, & urgetur amplius: Impossibile est concipere aliquam formam communem vel uniti subiecto, nisi illi tribuat suum effectum formalem: Sed effectus formalis relatio his est & tū referre: Ergo corpore quod intelligatur unita vel communicata subiecto, intelligatur ut actu referens: & per consequens implicat quod paternitas pro priori ad generationem intelligatur constitutre Patrem in ratione personæ, nisi etiam pro illo priori intelligatur ut actu referens Patrem ad Filium.

**B** Ad instantiæ respondeo, concessâ Majori, distinguendo Minorem: essentia relationis est spicere terminum, ut quo, per modum exercitus informantis respicendo subiectum, concedo Minorem: ut quod, & exercitè arringendo terminum, nego Minorem. Sicut enim calor non calefacit ut quod in exercitio, sed est id quo calidum calefacit: ita etiam relatio non respicit ut quod & exercite terminum, sed id est quod obiectum exercitè & ut quod illum respicit, ex quo fit, quod illa in aliqua prioritate ab aliis subiectum, vel in se reddatur subsistens, subiectum. Quid non habeat, priusquam attingat terminum ut quod in exercitio, quia hoc exercitium dependet ex eis quod habet in subiecto. Pruis ergo consideratur relatio ut afficiens subiectum, subiectis, quam ut attingens terminum ut quod, & in illo priori divina relatio intelligatur à ipsis constitutere personam in ratione personæ. Unde

Ad confirmationem dicendum est, quod licet forma in re existens debeat in re omniem suum effectum formalem subiecto capaci præesse, si tamen ex illa plures effectus formales proveniant, non est necesse ut omnes subiecto præesse pro omni priori, unde potest in aliquo priori intelligi ut tribuens alium. Constat hoc in anima rationali, quæ pro aliquo priori tribuit gradum corporeitatis, pro quo non præstat gradum vegetandi, sentiendi, & ratiocinandi. Quamvis ergo paternitas in Divinis habeat pro effectu, vel quasi effectu formalis, referre actu Patrem ad Filium, & pro priori ad actum generationis intelligatur prima personæ conveniens, non oportet tamen quod pro illo priori illam constitutam actu relatum, sed sufficit quod pro signo posteriori, secuto ad generationem, præbeat talen effectum.

Secundum contra eandem distinctionem, & doctrinam D. Thomæ insurgit Durandus, & ex illa sequi, Patrem, pro priori ad generationem, intelligi constitutum per aliquad abholendum: Consequens est falsum, ut pater ex similitudine: Ergo &c. Probatur sequela: Licet possit intelligi ratio communis, nullâ intellectu ratione differentiali, ut animal, non intellectu rationali aut irrationali; non tamen stat, de contento sub ratione communi negari unum ex dividendis illas, quin alterum affirmetur: Sed iuria D. Thomam, pro priori ad originem a divina intelligitur prima persona constituta per aliquid, & negatur esse relatum; cum negetur Patrem pro illo priori esse relatum ad Filium: Ergo necessariò affirmitur prima persona constituta per aliquid absolutum.

Hoc tamen argumentum, etiæ acutè excogitatum, ex non penetrata doctrinâ D. Thomæ procedit: Unde facilè ad illud respondetur, negando sequelam: ad cuius probationem concessâ Majori, distinguendo Minorē: negatur esse relatum, sub omnib[us] relatio-

relationis conceptus, nego Minorem, sub aliquo A relationis concepta, concedo Minorem, & ne-  
go Consequentiam. Nam licet pro priori ad ori-  
ginem actum intelligatur persona Patris con-  
stituta, & negetur de illa pro tali priori relatio-  
nis conceptu expresso ad, non tamen negatur  
relatio sub omnirelationis conceptu. Nam in  
divina relatione invenitur conceptus expressus  
ad rationem, seu conceptus subsistentis; licet au-  
tem pro priori ad originem actum non intelli-  
gatur paternitas sub conceptu expresso ad, in rela-  
tione sub conceptu forma hypostatica;  
ac proinde de Patre ut sic constituto non nega-  
tur adequate relatio, sed tantum inadquate;  
quod latet, ut non affirmetur constitui per ali-  
quid ab solutum.

B

Dices: Ut Pater intelligatur constitui per ali-  
quid relativum, deber de illo affirmari relatio,  
secundum in ultimam differentiam, quā differt ab  
entibus absolutis. At relatio non differt ab acci-  
densibus absolutis, penes rationem in, in modo po-  
tius illa ratione cum illis convenient, sed solum  
per rationem ad. Ergo deber affirmari de Patre  
relatio, non solum secundum rationem in, seu  
secundum conceptum subsistentis & hyposta-  
tice formae, sed etiam secundum rationem ad, &  
in expresso relationis conceptu.

C

Repondeo concessa Majori, distinguendo  
Minorem: non differt ab entibus absolutis pe-  
nitionem in, adaequatè, concedo Minorem;  
inadequatè, nego Minorem, & Consequen-  
tiam. Sicut enim actio, licet dicat habitudinem  
non solum ad principium à quo egreditur, sed  
etiam ad subiectum in quo recipitur, differt te-  
men à passione, non solum in prima, sed etiam in  
seunda habitudine; quia passio dicit ordinem  
ad subiectum, sistendo in illo; actio vero impor-  
tabiliter in subiectum ad illud, cum exigentia essen-  
tialiter ordinis ad principium. Ita pariter, licet re-  
latio respiciat subiectum, illius inhaerens, sicut  
alia accidentia; differt tamen ab illis, inadae-  
quatè, penes inhaerentiam, seu rationem  
in, quod illa accidentia absoluta, ut quanti-  
tati & qualitati, respiciunt subiectum ratione sui,

D

in illo sistendo, & ponendo in eo aliquid per  
quod habeat ad, & non ad aliud; relatio vero  
secundum propriam rationem sui generis, non  
respicit subiectum ratione sui, & sistendo in illo,  
se ponendo in illo aliquid per quod sit tale in se,  
& ad e, sed ordinando illud ad terminum, & ra-  
tione illius, ut supra dixi, art. 5. explicatum est.  
In Deo vero, in quo relatio non est inhaerens, sed  
subsistens, ratio subsistente relationi propria, per  
hoc differt à subsistente absolute, quia omnibus  
perfectionibus divinis communis est, quod hæc  
non connectitur essentialiter cū respectu ad ter-  
minum, nec eum essentialiter exigit, bene tamen en-  
tia paternitas, etiam sub conceptu subsi-  
stente, & formæ hypostatica, à perfectionibus  
absolutis inadquate distinguitur, nec aboluta,  
sed relativa, et quia licet conceptu ad, seu respe-  
ctu ad terminum non explicet, illa tamen impli-  
cat & imbibit, & cū eo essentialiter connectitur.  
Intabis: Hoc non sufficit, ut paternitas, sub  
conceptu formæ hypostatica, relativa dicatur;  
nam divina imbibit relationes, & con-  
nectitur cum illis, & tamen eius conceptus non  
est relativus, sed ab solutus: Ergo pariter quod  
subsistens in paternitate inclusa imbibat in se  
respectum paternitatis ad Filium, & cum illo  
connectatur, non sufficit ut sit formaliter in li-  
ta relationis.

Tom. II.

N. 2.

alii

Sed nego consequentiam, & paritatem. Nam  
divina essentia est imbibat in se relationes, &  
cum illis connectatur, cum nulla (amen illatum  
adæquatur aut convertitur; & idcirco conexio es-  
tentia cum relationibus, non constituit illam  
formaliter relativam, sed illi conventionatione  
infinitatis. Ratio vero substantie in paternitate  
inclusa, connectitur cum ad paternitatis, con-  
nexione adæquata & convertibili; & taliter pa-  
ternitatem subsistente constituit, quod in sub-  
sistendo non sit, sed illam subsistente reddit,  
ut eam ad Filium referat.

54

Objicies tertio: Paternitas in Divinis perso-  
nam constituit per illum conceptum & forma-  
litatem, per quam tribuit incommunicabilita-  
tem; Sed illam non præstat, in quantum est subli-  
steus, sed solum quatenus respicit terminum &  
correlativum cui opponitur: Ergo non consti-  
tuit Patrem in ratione personæ, ut haberatio-  
nem formæ hypostatica subsistentis, sed sub  
conceptu explicito relationis, seu respectu ad  
terminum.

Confirmatur Constitutivum rei debet illam 55  
distinguere ab aliis: Sed paternitas sub formæ  
hypostatica conceptu, in signo antecedente ge-  
nerationem, non distinguit Patrem à Filio; cum  
in illo priori Filius adhuc non intelligatur: Ergo  
nece Patrem in talis signo in ratione personæ con-  
stituit.

Ad objectionem respondeo distinguendo 56  
Majorem: per illum conceptum & formalita-  
tem, per quam tribuit incommunicabilitatem,  
primariam, concedo Majorem: secundariam, seu  
supponentem aliam priorem, nego Majorem; &  
sub eadem distinctione Minoris, nego Consequentiam. Nam persona constituitur per pri-  
mam incommunicabilitatem; hanc autem non  
præstat relatio, sub expresso relationis conce-  
ptu, nam ut sic supponit originem, & hæc suppo-  
nit constitutam personam, & cōsequenter prout  
sic relatio supponit incommunicabilitatem pri-  
orem, & personam constitutam. Sicut relatio Spi-  
ratoris, quamvis sit incommunicabilis personæ  
procedenti ut termino voluntatis, non tamen  
constituit personam, quia illius incommunicabi-  
litas prima non est, sed aliam priorem supponit,  
& origo sub conceptu originis etiam est incom-  
municabilis: quia tamen priorem incommuni-  
cabilitatem ex proprio conceptu supponit, non  
constituit personam, sed illa constitutā supponit.

Ad confirmationem respondet negando  
Majorem: licet enim constitutivum rei debeat 57  
esse distinctivum illius ab aliis, non tam en-  
cesse est, quod illam actu ab aliis distinguat. Si-  
curid quo Adam, antequam essent alii homi-  
nes, constituebatur, actu illum ab aliis non di-  
stinguebat, sed solum distinctivum illius erat.

E Unde licet conceptus subsistentis, seu formæ  
hypostatica, actu non distinguat Patrem à Filio.  
in signo antecedente generationem, in quo Fi-  
lius nondum intelligitur: quia tamen potest il-  
lum à Filio distinguer, & essentialiter exigit  
connecti cum respectu ad terminum, quo Pater  
actu à Filio distinguitur, per illum Pater in ra-  
tione personæ constituitur. Solutio est D. Tho-  
mæ qæst. 8. de potent. art. 3. ad 7. ubi hæc scri-  
bit: De ratione hypostasis duo necesse est esse: quorū primū  
est, quod sit per se subsistens, & in se dividens: secundū est,  
quod sit distincta ab aliis hypostatis eiusdem naturæ. Si tan-  
tem contingat in eadem natura alias hypostases non esse,  
nihilominus hypostasis erit: scit Adam, quando non erat

## DISPUTATIO VNDECIMA

254

*in patet fr  
erthe*

*hypostasis in humana natura. Semper ergo necessarium est intelligere hypostasim generantem, ante generationem, quantum ad id quod hypostasis subsistit in se una existens, non tamen in quantum est ab aliis hypostasiibus ejusdem naturae distincta, si per solam hujusmodi generationem alia hypostases eju[m] dem naturae originantur. Sicut Adam non fuit distinctus ab aliis hypostasiibus ejusdem naturae, prius quam mulier ex eius costa formaretur, & eius filii ab eo propagarentur. In Divinis autem non multiplicantur hypostases, nisi per processionem aliarum personarum ab una; prius ergo est intellectus hypostasim Patris, in quantum est subsistens, quam generationem, non tamen in quantum est distincta ab aliis hypostasiibus ejusdem naturae, que non procedunt nisi has generatione supposita.*

*58 Objecies quinto: Non minus est de ratione actionis naturam supponere, quam de ratione relationis ut exprimitis respectum ad terminum, præsupponete personam; Sed in sententia frequentia apud Thomistas, quam in Tractatu de attributis, ut probabilitatem defendimus, actio intelligendi, quā substantialis est & subsistens, non supponit constitutam divinam naturam, sed illam primū constituit: Ergo patet paternitas divina, etiam sub expresso relationis conceptu, Patris personam constituere potest.*

*59 Respondeo primò, negando Majorem: ratio enim actionis immaterialis, cum sit actus perfectus, & non habeat rationem actionis, nisi tantum grammaticaliter, non consistit in egressu à principio, sicut actio transiens & prædicamentalis, sed in ratione ultimæ actualitatis, in qua nulla egressio importatur.*

*Secondò datā Majori, distinguo Minorem: Intellectio divinam naturam constituit, sub conceptu explicito operationis & egressionis à principio, nego Minorē: sub ratione ultimæ actualitatis gradus intellectivi, concedo Minorem: & nego Consequentiam. Ex hoc enim solam potest inferri, quod sicut actio intelligendi, sub conceptu ultimæ actualitatis, constituit divinam naturam, non autem sub conceptu egressionis à principio; ita paternitas, non sub conceptu respectu ad terminum, sed sub ratione formæ hypostatica, personam constituit.*

*60 Objecies ultimò: Ratio formæ hypostatica & relationis in paternitate non distinguntur virtuiter, sed sunt duæ tantum formalitates, aut munera inadæquata illius: Ergo quidquid dicitur de una, debet etiam affirmari de alias; & per consequens si paternitas, ut forma hypostatica, constituit personam, illam etiam constituit, ut est relationis.*

*61 Respondeo primò, plures Theologos non improbabiliter admittere distinctionem virtualem, scilicet inadæquatam, inter rationem formæ hypostaticæ & relationis, fundatam in divina eminentia, ratione cuius una indivisibilis entitas æquivaler pluribus perfectionibus, in creaturis realiter distinctis, & ad diversas linæas pertinentibus, relationi scilicet, & subsistentia. Sed quidquid sic de hoc.*

*62 Respondeo secundò, dato Antecedente, negando Consequentiam: nam de secunda Trinitatis persona verum est dicere, quod est verbum creature, & quod non est filius illorum; & tamen ratio verbi & ratio filii non distinguntur virtuiter. Divinitas etiā unitur mentibus Beatorum ut species, non autem ut intellectio, vel natura; & tamen in probabilior sententia, species, intellectio, & natura, sunt una & eadem*

*A formalitas, absque virtuali discrimine, item in Verbo Divino ratio termini vitalis, & representationis, non distinguuntur virtualiter; & tamen uniri potest mentibus Beatorum, propter repræsentatio actualissima, & non potest uniri sub ratione termini vitalis intellectio. Cetero similiter de paternitate, ut est forma hypostatica, affirmari non potest, quod Patrem in ratione personæ constitutas, & negari de illius est relatio, quamvis conceptus forma hypostaticæ & relationis identificetur in illa fine vitali discrimine.*

B

§. IV.

*Alia argumenta solvuntur.*

*L*icet ex dictis §. præcedenti plura argumen[t]a, quibus probari solet personas divinas per aliquid ab soluto constitutis, facile dissolvit; ut tamen illorum solutio melius percipitur, ea breviter hic proponamus, ac diluemus.

*Objicitur ergo primò: Nulla persona habet per propriam actionem formam sui constitutivam; cum rei constitutio ad actionem supponatur: Sed Pater habet paternitatem per propriam actionem, scilicet per generationem; cum ideo sit Pater, quia generat: Ergo paternitas non constituit Patrem in esse personæ.*

*Secondò, Si Pater pro prioritad generationem, per paternitatem in ratione personæ constitueretur, lequeretur quod foret Pater, quamvis per impossibile non generaret: Sed hoc absurdum & chimæricum est: Ergo illud. Probatur sequela: Quod prius est alio, esset, posteriori per impossibile ablatio: Ergo si pro prioritad generationem Pater in ratione personæ per paternitatem constitutus, esset Pater, quamvis per impossibile non generaret.*

*Tertiò, Id quod productio termino orienti, & non potest terminum constitutire, alias idem seipso oriretur: Sed relatio filiationis ostendit productio termino; haec enim est differentia inter actionem & relationem, quod actio est causativa termini, relatio autem posito termino orientis. Ergo filiatio divina secundam Trinitatis personam non constituit terminum generationis, sed illam in ratione termini constitutam supponit, & consequenter etiam in ratione personæ.*

*Denique, Juxta Philosophum, Physic ad relationem non datur per se motus, nec per se actio: Ergo relatio non potest constitutere terminum per se actionis: Sed persona Filius est terminus per se actionis generativa: Ergo non constituitur per relationem in ratione personæ.*

*Hac tamen argumenta ex principiis supra et statutis faciliter dilat possunt. Unde ad primum, concessa Majori, distinguo minorem: Pater habet per propriam actionem paternitatem, ut relatio est, concedo minorem: ut est forma hypostatica, nego minorem, & consequentiam. Vel distinguo Consequentem, distinctione minoris, & concedo consequentiam de paternitate sub conceptu relationis: nego autem de paternitate, sub conceptu formæ hypostaticæ.*

*Ad secundum nego sequela majoris: ad cojus probationem, concessio Antecedente, nego Consequentiam. Licet enim pro prioritad generationem, Pater per paternitatem, ut habet rationem subsistenz, & formæ hypostaticæ, in ratione personæ constitutus intelligatur, nō tam in ratione*

parte

Patris, dum hæc denominatio supponat generacionem, & oriatur à paternitate, ut relatio est, sub qua formaliter & conceptu, in illo priori non intelligitur. Unde licet Pater per paternitatem in ratione personæ constitutus, non sequitur illam futuram Patrem, licet non generaret; quia paternitas, prout Patrem in esse Patris constituit, supra generationem fundatur, ac proinde nequit intelligi manere, generatione sublatâ.

Nec tamen sequitur *Cur tacita obiectio in occurratam mansuram primam Trinitatis personam, & Filium non generaret: nam cum primarius illius conceptus, sub quo paternitas personam Patris constituit, sit inadæquatus quidam conceptus differentialis ipsius paternitatis, imbibens in se secundarium, & intimè cum illo connexus in linea relationis, non potest primarius manere, secundarij per impossibile ablato;* & cum secundarius manere non possit, generatione sublatâ consequens sit, quod nec primarius possit intelligi manere, sublatâ generatione.

*Ad rectum, concessa Majori, distinguo Minorum, illamq; concedo sub concepcione explicito referentem, intelligatur postea termino orti; sub concepcionem substantis, & formam hypostaticam, non orti postea termino, sed terminum actionis per primo constitutus. Filiatio autem divina non est relatio accidentalis, sed subsistens & substantialis; & idem quamvis sub expresso concepcionis referentis non constitutus terminus, sed intelligatur subseque ad terminum constitutum, ratione tamen substantis & formæ hypostaticæ, non sequitur ad positionem termini, sed filium in ratione termini & personæ constitutus,* & per hoc patet solutio ad ultimum argumentum. Major enim distinguenda est, & concedenda relatione accidentalis ac inherente; negantur vero de relatione substantiali & substantiente,

## §. V.

## Corollarium precedentis doctrinae.

**E**xpositis in hoc articulo, inseruntur personas divinas per origines activas & passivas non constitutus, ita D. Thomas hic art. 2. & alii Theologocommuni, contra D. Bonaventuram, & Richardum à S. Victore.

Probatur primum: Prius est aliquid constitutum in esse, quam operari: Ergo Pater prius concipiatur constitutus in esse personæ, quam generans filium; & per consequens nequit per generationem in ratione personæ constitui. Idem patet de filio: nam generatio passiva non est forma dans esse formaliter, & via ad formam formaliter constitutus; Petrus enim v. g. non habet esse formaliter per suam nativitatem, sed tantum vialiter, quia scilicet nativitate inducit humanitas, illam formaliter constitutus in esse hominis: Ergo filius in Divinis non constitutur in esse persona formaliter per nativitatem, aut passivâ generationem, sed tantum vialiter, quatenus est via ad filiationem formaliter constitutem. Quo argumento tunc est D. Thomas q. 8. de potentia art. 3.

Confortatur, & magis illustratur hæc ratio. Constitutivum rei debet significari ut manens in illa, non autem ut ab illa egrediens, vel in illam tendens; Sed origo activa significatur ut egredi-

ens à persona, passiva autem, ut in personam tendens: Ergo origo, in quantum talis, non est forma constitutiva personam.

Confirmatur amplius: Constitutivum rei habentis esse fixum & permanens, debet significari ut fixum & permanens, non ut viale: Sed origo activa vel passiva, non significatur ut aliquid fixum & permanens, sed ut habens esse viale; persona autem divina aliquid permanens est: Ergo origo activa vel passiva non est forma constitutiva illius. Quæ etiam ratio est D. Thom. hic art. 2.

Ideem corollarium suaderi potest ex principiis disp. 2. statutis. Ibi enim ostendimus, originem in Deo, tam activam, quam passivam, importare in recto aliquid absolutum, & de connotato solum & in obliquo dicere relationem ut modificantem: v.g. generatio activa consistit in intellezione divina, ut est in Patre, & prout per relationem paternitatis modificantur: generatio vero passiva consistit in eadem intellezione, ut communicata Filio, & per relationem filiationis modificantur. Ex qua doctrina, ibidem fusa statuta, hoc potest argumentum confici. Origio tum activa quam passiva in recto aliquid absolutum est: Atqui constitutivum personæ divinæ non est absolutum in recto, sed respectivo; cum sit incomunicabile, & distinguens realiter personam, quod soli respectivo potest competere: Ergo origo siue activa, siue passiva, personas divinas non constituit.

## §. VI.

## Solvuntur argumenta in contrarium.

**O**bijices primò: Fulgentius lib. 1. de fide ad 74

Petrum cap. 1. sic ait: *Quia aliud est genuisse, quam natum esse; aliudque procedere, quam genuisse. & natum esse: manifestum est quod aliud est Pater, alius Filius, aliud spiritus sanctus.* Ubi per origines distinguuntur divinas personas. Item Damascenus lib. 1. de fide cap. 2. dicit: *Patrem, Filium & Spiritum sanctum, omnino esse unum, exceptâ ingenii, generationis, & processionis proprietate.* Et ipse D. Thomas hic art. 2. quamvis dicat personas constitui prius & principalius relationibus, addit tamen constitui etiam aliquo modo per origines.

Respondeo hæc omnia testimonia posse explicari de constitutivo quasi a posteriori, & quoad nos: quia nos ex reali processione unius personæ ab alia, colligimus, prius divinatum personarum constitutivum esse ipsas relationes. Specialiter vero ad Augustinum respondet D. Thomas qu. 8. de potentia art. 3. ad 14. per nomina originum, ipsum intellexisse ipsas relationes originum; quod manifestius est de Damasco.

Ad ipsum vero D. Thomam dicendum est, quod cum origines, secundum id quod addunt supra actus essentiales, pertineant ad lineam relationum, sicut ipsæ relationes sine distinctione virtuali, re ipsa potest dici quod origines ad constitutivum personarum pertineant, hoc ipso quod relationes ad illud pertinent. Sicut quia intellectus, species intelligibilis, & intelligere, pertinent ad eandem lineam, re ipsa illa omnia pertinent ad constitutivum naturæ divinæ. Cum hoc tamen stat, quod loquendo de constitutivo divinatum personarum, secundum nostrum modum concipiendi, sicut loquimur in praesenti, debeamus dicere personas constitui relationibus, non originibus, propter rationes adductas. Et idem notanter hic S. Doctor ait: *Nostræ modo concipiendæ*

## DISPV TATIO VNDECIMA

286

*personas constitui non originibus, sed relationibus.*

76 Objicies secundò: Primum rei distinctivum est etiam ejus constitutivum: Sed generatio a Activa distinguit Patrem ab aliis personis divinis, cùm conveniat Patri, & repugnet Filio, & Spiritui sancto; & alias est prior paternitate, ut ipse fundamentum illius, & consequenter primò distinguunt: Ergo Patrem in esse personam constituit.

77 Respondeo concessa Majori, distinguendo secundam partem Minoris: est prior paternitate, sub explicito relationis conceptu, concedo Minorem; sub formalitate & conceptu subsistentia seu formæ hypostaticæ, nego Minorem & Consequentiam. Licet enim distinctione practica Patri à generatione activa, sit prior illa quam præbet relatio ut referens, non tamen est prior illa quam præstat personæ Patri paternitas, ut forma hypostaticæ subsistens; & consequenter non generatione activa, sed paternitate sic sumptuosa, Pater in esse personam constituitur.

Dices, Generatio passiva est prior filiatione, 78 etiam ut haber rationem subsistentia, & formæ hypostaticæ, cùm sit veluti fieri illius: Ergo Filius per originem passivam in ratione personæ constituitur.

Sed nego consequentiam: licet enim generatio passiva filiationem prædat prioritatem à quo se habet tamen ut aliquid viale & fluens, non vero ut aliquid fixum & permanens, quod ad rationem constitutivi requiritur, ut patet ex supra dictis.

79 Instabis. Licet origo passiva, sub explicito conceptu originis, se habeat per modum fluxus & viae; sub conceptu tamen subsistentis, quem implicitè importat, se habet ut aliquid fixum & permanens: Ergo sub illo conceptu implicito personam Filii poterit constitutere. Consequentia probatur: licet enim relatio non explicit rationem subsistentia & formæ hypostaticæ, quia tamen illam implicat, potest personam Filii constitutere: Ergo pariter idem poterit præstare generatio passiva.

Simile argumentum fieri potest de origine activa: quamvis enim paternitas, sub explicito relationis conceptu, non constituat Patri personam, sed constitutam supponat; sub conceptu tamen subsistentis quem implicat, illum, per nos constituit in ratione personæ: Ergo pariter, quamvis origo activa sub explicito conceptu generationis & viae, non constitutat, sed supponat personam Patri, sub conceptu tamen subsistentis, quem implicitè importat, poterit illa constituere.

80 Respondeo concessso Antecedente, negando Consequentiam: ad cuius probationem, nego similiter Consequentiam & paritatem. Ratio discriminis est: quia resipientia termini, quam relatio explicat, non repugnat inherentiæ, vel subsistentiæ; imò taliter relatio explicat respectum ad terminum, quod alterum horum perit; inherentiæ relatio creata, & subsistentiam divinam: conceptus autem explicitus viae, non perit permanentiam implicitam; ut constat in generatione creata, quæ quamvis pro explicito inhereat, non tamen permanenter inheret, sed vialiter & transiuncte: idemque de divina est dicendum, quod nemp expicit rationem viae; & licet implicit subsistentiam, & revera permanens sit; ex vitam concepius quem explicat, non exposcit permanentiam, quam exigere deberet, ut secundum conceptum implicitum subinducere posset rationem formæ hypostaticæ, & esse constitutivum personæ. Ex quo patet responsio

A ad similem instantiam, quæ de origine & via procedit, & discrimen, quod inter paternitatem & generationem activam reperiatur.

DISPV TATIO XII.

*De aequalitate, & similitudine Divinarum Personarum.*

*Ad questionem 42. D. Thoma.*

B Rætermittimus quæ de attributis notoriis, bus docet S. Thomas quæst. 41. quia de illis, & de illorum principiis disputat. 2. fidei pertractatum est, agendo de processiis Divinarum Personarum, & solùm hic agimus de illorum aequalitate & similitudine, de qua idem sanguis Doctor disserit quæst. 42.

## ARTICULUS UNICUS.

*An similitudo & aequalitas Divinarum Personarum sint relationes reales, vel rationes.*

S. I.

Premittuntur quæ de se sunt certa, & refutatur sententia.

C **S**upponimus tanquam certum de fide, personas divinas esse inter se perfecitissime similes & æquales. Illa enim (ut docet Auctoreles, Metap. cap. 5.) similia & æqualia dicuntur, quoniam una est qualitas, & quantitas: sumendo qualitem vel strictè, prout convenientibus creaturis, & largè, prout idem significat quod forma, & quantitatem, pro extensione abstractante ab extensione dimensionib; seu molis, & ab extensione perfectionis & virtutis: Sed personæ divinae in eadem divinitatis forma, & in eadem essendi imaginidine communicant: Ergo sunt perfectissime similes & æquales. Unde in Symbolo Antimathis habetur: *Qualem Pater, talu filiu, talu spiritu sanctu.* Et ibidem personæ divine coeterae dicuntur & coæquales. Item Psal. 109. ver. 1. Filius dicitur sedere à dextris Patri. Et in fine ejusdem Psalmi è contra Pater describitur ut fedens ad dexteram Filii, subditur egiū: *Dominus à dextera tua.* Non quod personæ divinae mutent fides, & modo Filii ad dexteram Patri, modo Patri ad dexteram Filii sedat: sed ut designetur, nullum inter illas graduum aut dignitatum distinctionem, sed perfectissimam in gloria, maiestate potestia, & perfectione inventari aequalitatem.

E Sed in contrarium obisci potest hoc difficile: argumentum. Cui deficit aliqua dignitas & perfectio alteri competens, non est illi æqualis in dignitate & perfectione: Sed Filio dech dignitas aliqua & perfectio Patri conveniens: Ergo in dignitate & perfectione non est Patri æqualis. Probarit Minor: Paternitas est aliqua dignitas & perfectio: Sed illa convenit Patri, non convenit Filio: Ergo aliqua dignitas competens Patri, non

Hic argumentum variis modis occurrit hi qui censent relationes divinas perfectionem rela-